



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

11. An testes inhabiles, ut fidem faciant, sint ab Inquisitoribus torquendi?
Et an quamvis testes inhabiles admittantur ad probandum aliquem esse
hæreticum, à contra verò non admittantur in favorem ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

2. Verum M. Anton. Genuensis in praxi Archiep. cap. 68. n. 11. sic asserit. Licet secundum Simancam testi socio criminis sit adhibenda fides, etiam sine tormentis, praxis tamen se habet in contrarium, quod torquetur aliquantulum ad validandam ejus depositionem contra socium. Ita ille, & M. Anton. Deltius in *disquis. mag. lib. 5. sect. 3.* contra Simancam probat etiam, quod ut fides faciat socius criminis contra socium nominatum, debeat torqueri. Vide etiam Campegium in Zanchinum de *heret. cap. 9. lit. C.* Riccium par. 3. *decis. 298.* & Turrianum *lib. 2. decis. 39. n. 7.* Martilius *consil. 22. n. 22. consil. 78. num. 1.* & quod majus est, Michaëlem Zanardum Consultorem S. Officii in Italia in *direct. Theol. par. 3. cap. 94. fol. mibi 516.* sic asserentem. Duo socij criminis faciunt indicium ad torturam, dummodo cum aliquibus indicijs deponant, & dictum suum in tormentis sustineant. Ita ille, & novissimè Anton. Quedo de *indicijs & tort. par. 2. cap. 5. num. 10.* sic ait: [Es de advertir que estos complices no deben ser creidos sin tormentos, sino que por este efecto deben ser preguntados con ellos, y esto se debe assi praticar, y si no se haze no es, porque no se deba hazer, si no por la ignorancia, y floxedad de los Ivezes.] Sic ille. Alphonsus Narbona in *recopil. p. 2. lib. 8. tit. 12. leg. 2. glos. 5. num. 36.* & 40. acriter hanc sententiam defendit, quam etiam tenet Catharinus de *interrogat. reor. lib. 4. cap. 2. num. 13.* & Caballus *cent. 1. cas. 30.*

3. Sed his non obstantibus opinio Simancæ mihi placet, quæ servatur in Tribunalibus nostræ Inquisitionis Hispanicæ, & illam tenet etiam Pegna in *direct. Inquis. par. 3. comm. 113.* Dico igitur socium criminis absque tortura indicium facere modo, quo *supra* explicatum est, & hanc sententiam solidè confirmat Scraph. Freitas in *addit. noviss. ad tract. de Confes. sollicit. q. 4. n. 42.* & seg. & ita teste Anton. de Ballis *tract. var. lib. 1. q. 26. n. 6.* hodie servatur in magna Regia Curia hujus Regni, ubi recipitur dictum socij criminis absque tortura, & Petrus Caballus licet *ubi supra.* & *cas. 84. num. 11.* & seg. teneat non valere dictum socij sine tortura, tamen asserit multis in locis hoc non observari de consuetudine.

Sed quia hæc difficultas oritur etiam circa depositiones aliorum testium inhabilium, ideo quærepdum est absolute ut in sequenti resolutione.

RESOL. XI.

An testes inhabiles, ut fidem faciant, sint ab Inquisitione torquendi?

Et an quamvis testes inhabiles admittantur ad probandum aliquem esse hæreticum, è contra vero non admittantur in favorem illius?

Et an hujusmodi testes non sufficiant ad plenam probationem, sed ad penam extraordinariam, vel ad torturam?

Et aliqua alia discutiantur in textu hujus Resolutionis circa supradictos testes inhabiles. Ex p. 4. tract. 6. Ref. etiam 11.

Sup. prima doct. hujus ref. melius in §. I. Ref. not. seq.

Sup. hoc sup. in tr. 10. Ref. 41 §. I. Dico secundo in penae.

§. I. Hic casus in sacro Tribunali quotidie accidit, quia quamvis regulariter inhabiles, ut excōmunicati, infames, &c. à testimonio repellantur, at in causis fidei propter Religionis favorem, ne tam grave hæretis crimen impunitum remaneat, admittuntur, ex cap. in fidei favorem, de *heret. in 6.* Sed difficultas est, an ut fidem faciant, debeant torqueri? & affirmativam sententiam docet Sanctarell. de *heresi c. 38. dub. un. n. 1.* & illam mordicus tenet, & defendit Anton. Deltius in *disquis. mag. lib. 5. sect. 3.* & Inquisitor Campegius in Tom. V.

addit. ad Zanchinum tract. de *heret. cap. 9. lit. C. in ver. Inquisitor. ver. ad sunt in super.*

2. Verum hæc sententia dura nimis & aspera videtur, & ideo exgerem hos testes inhabiles indicium facere, sive majus, sive minus, spectatis personarum qualitatibus aliisque circumstantiis, etiam si sponte & sine tormento testimonium dederint, & certe si testes inhabiles non admitterentur in nostro sacro Tribunali ad testimonium dicendum, sine tortura, facile avtererentur à ferendo testimonio in causa fidei; non tamen nego, quandoque posse, & debere torqueri, quod quando fieri debeat, DD. Inquisitorum arbitrio relinquo, spectata testium infamiam malitia, improbitate & varietate, & hæc omnia docet Pegna in *direct. Inquis. p. 3. q. 46. comm. 113.* & Simanca *tit. 64. n. 37.* Rojas de *heret. p. 2. n. 153.* Soula in *aphor. Inquis. lib. 2. c. 13. n. 15.* cum Antonio Gomez *var. resol. lib. 3. cap. 12. n. 16.* & Sigismundo Scaccia *tom. 1. lib. 1. cap. 81. n. 2.* & ita in praxi observatur in nostro Tribunali Inquis. Hispan. ubi dicti testes ordinariè non torquentur, & ita servari in Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur doctus Aloysius Riccius *par. 2. decis. 268.* ubi admittuntur testes inhabiles ad probandum sine tortura.

3. Notandum est tamen hic obiter primum quod testes inhabiles admittuntur ad probandum aliquem esse hæreticum; è contra verò non admittuntur in favorem illius, secundum Ioseph Sesse *to. 4. decis. 477. n. 35.* Maleum Maleficarum *tom. 1. p. 3. q. 4.* Gundisal. de *heret. 7. 13. n. 14.* Repert. Inquis. *ver. an illi testes inhabiles.* Zechium in *sum. to. 1. tit. de heret. c. 11. n. 14.* & Io. Rojas *singul. 188. n. 10.* ubi sic ait: Ad defensionem hæreticorum testes inhabiles, & minus idonei non admittuntur, & id annuere videtur textus in *cap. in favorem fidei*, de qua conclusione est casus expressus in *c. filij, vel hæretes, in fine, de heret. in 6.* ibi, non tamen per uxores, filios, familiares, vel de suis aliquos, sed per testes, alios fide dignos, & expresse habetur in *direct. p. 3. cap. 70.* & hunc intellectum ad prædicta jura tenuit Bossius in *pract. crim. tit. heret. n. 3.* Hæc omnia Rojas *loc. cit.*

4. Verum contraria sententia hodie servatur in praxi, & ita docet Soula in *aphor. Inquis. lib. 2. cap. 13. n. 8.* ubi sic ait: Testes inhabiles admittuntur ad defensionem rei in crimine hæresis, dummodo inde non sequatur poena parti accusanti, & admissi etiam non plene probant. Ita ille, qui citat Farinacium *q. 32. limit. 5.* licet sibi sit contrarius, nam *q. 188. n. 82.* docet hos testes minimè admittendos esse, hinc à fortiori dicendum est admittendos esse familiares consanguineos & domesticos, si pro reo adducantur, non tamen tanquam integros testes, sed ut testes diminuat veritatis, licet hoc non procedat secundum Simanc. in *enchir. tit. 35. n. 24.* quando consanguinei admittuntur ad probandas exceptiones contra testes promotoris fiscalis, tunc enim consanguineos intra quartum gradum asserit non esse admittendos, nec ad probandas defensiones obliquas, sive indirectas. Ita ille.

5. Nota secundo quod Repertorium Inquis. *ver. testes, ver. nota distinctionem,* & glossa in *cap. in fidei favorem, ver. Inquis. Io. Andreas ibi n. 3.* Gemipianus *n. 7.* Francus *n. 3.* Farinacius de *heresi q. 188. n. 78.* & alij asserunt testes inhabiles per *dict. cap. in fidei favorem* admittendos esse, quando per viam Inquisitionis proceditur; sed ego puto in crimine hæresis testes inhabiles admittendos esse etiam quando proceditur per viam accusationis. Ita Soula in *aphor. Inquis. lib. 2. c. 13. n. 6.* Rojas *singul. 188. n. 6.* & *singul. 191. n. 3.* Gundisalvus de *heret. q. 13. n. 17.* Cattera *tract. de heret. n. 120.* & ratio est, quia in utroque casu est eadem ratio in fidei favorem, & idem tenet Farinacius sibi contrarius *quest. 61. n. 86.*

6. Nota tertio quod licet testes inhabiles admittantur modo, quo *supra* in favorem fidei, hoc intelligendum est

Sup. hoc in ref. not. præterita in ejus §. 1. & §. Dico tertio.

Sup. hoc ibidem in §. Dico tertio.

Sup. hoc ibidem §. Limitatur.

Sup. confeto in hoc §. ibidem §. Dico secundo post med. à v. ref. Et hoc verum est.

Sup. doctrina contenta in hoc §. lege

sex primas lin. hujus
ref. & §. per
mult. & ult.
etiar. hujus
Ref. & alij
§. positum in
annot. ult.
hujus ref.

est ad solam probationem delicti, non autem ad illius
circumstantias non substantiales; & ideo asserit Soula
in *aphor. Inquis. lib. 2. cap. 13. num. 7.* testes inhabiles
non probant admicula, adinacula, inquam, non
substantialia. Ita ille. Unde inferitur hos testes admitti
ad probandum, v. g. familiaritatem cum hæreticis,
conventicula seereta, & alia hujusmodi, quia hæc
demonstrant delictum, & sunt de illius intrinseca sub-
stantia, non autem, v. g. ad probandum Baptismum
inquisiti &c. licet Bossius *tit. de crimine læsæ majest.*
num. 114. & Gigas *eodem tit. quest. 5. per totam*, cum
aliis doceant testes admissos ad probandum aliquod
delictum, admitti debere ad probandum ea omnia, sine
quibus delictum esse non potest; verum nostram sen-
tentiam tener Farinacius *quest. 56. de testibus a n. 78.*
illamque confirmat doctus Narbona in *recopilat. par. 2.*
leg. 2. gloss. 7. n. 6. & segg. adi illum, & non pigebit.

Sup. hoc sup.
in tr. 10. Ref.
41. §. Dico
quarto à lin.
6. & vers. Et
ideo, & in
Ref. 74. §. 2.
ad med. vers.
Deposito, &
hic sup. lege
Ref. 6. per
tor. & §. ejus
primæ not.

7. Nota quartò quòd licet hujusmodi testes non
sufficiant ad plenam probationem, sed ad pœnam
extraordinariam, vel ad torturam, ut docet Rojas *sin-
gul. 193. num. 3.* & alij penes ipsum. Non est tamen
negandum quòd si magnus sit eorum numerus, & ad-
sint conjecturæ sufficientes, suppletur eorum defectus,
& potest imponi pœna ordinaria. Ita Soula in *aphor.*
Inquis. lib. 2. cap. 13. num. 13. Pegna in *direct. part. 3. com-
ment. 113.* Ioseph Sesse *tom. 4. decis. Regn. Aragon. 477.*
n. 28. & alij. Unde non gravabor hic apponere verba
Castri Palai in *opere morali tom. 1. tractat. 4. disputat. 8.*
punct. 15. §. 4. n. 1. ubi sic ait: De testibus inhabilibus
ut sunt excommunicati, criminosi, socij criminis,
Iudæi, & hæretici, communis & recepta sententia
est non integrè delictum probare, quia licet favore
fidei ad testificandum admittantur, admittuntur tamen
ut periculum falsitatis dicenda subjecti, neque enim
hoc periculum, quod est intrinsecum, purgari potest
admissione, ex quo fit duplici teste conteste socij cri-
minis, aut aliis inhabilibus non posse reum ad pœ-
nam ordinariam condemnari, etiam si indicia & cir-
cumstantiæ concurrant, quibus præsumi potest veri-
tatem deponere, quia hujusmodi indicia & circum-
stantiæ expostulantur, ut eorum dictum admitti possit,
non autem expostulantur ut integrè probent, ut le-
genti textum in *cap. in fidei favorem, de heret. in 6.*

Sup. hoc &
segg. in hoc
§. signatè in
duobus §§.
primis non
patet, & pro
parte le-
ge etiam alia
Ref. dicta
not. &c.

patet quòd circa depositio unius testis inhabilis raro
ad torturam sufficit, nisi aliis adminiculis, & præsum-
ptionibus gravibus adjuvetur; depositio duorum suffi-
ciat ad torturam, vel ad condemnandum reum pœna
extraordinaria; trium, vel quatuor depositio ad con-
demnationem ordinariam sufficit, quia multitudine
deponentium inhabilitas illorum reparatur. Ita Palaus.
Sed ego pœce viri docti nunquam condemnare hæ-
reticum pœna ordinaria ex testimonio trium testium
inhabiliū, quia hodie ut plurimum non damnatur
hæreticus ad pœnam ordinariam, nisi adversus illum
adsint tres testes contestes omni exceptione majores;
quomodo igitur dampnandus erit ex testimonio trium
testium inhabiliū? imò neque cum quatuor, plu-
res itaque requiruntur; & tali in casu numerus tes-
tum, ut observat Rojas *singul. 188. num. 3.* supplet eo-
rum defectus etiam ad effectum, ut dicantur omni
exceptione majores, & etiam si omnes patiantur ali-
quas exceptiones. Ita Gregor. XV. in *decis. 351. n. 4.*
& §. & Cæsar de Grassis *decis. 175. num. 9.* licet, ut
verum fatear, quoad hoc ultimum dissentiat Cache-
ranus *consil. 64. num. 30.* & Burlatus *lib. 3. consil. 321.*
num. 21.

Sup. hoc lege
sex primas
lin. hujus
ref. & §. No-
ta tertio, &
sup. in tr. 10.
mag. lib. 5. scilicet 5. §. possunt in hac causa, fol. mibi 728. &
ex Ref. 41. Eymericum in *direct. part. 3. quest. 69.* docent Siman-

8. Nota quintò, hos testes inhabiles, criminosos
infames, &c. admittendos esse non solum in defectum
aliarum probationum, sed etiam in casu, quo aliter ve-
ritas haberi possit, & ita contra Delrium in *disquisit.*
sup. in tr. 10. mag. lib. 5. scilicet 5. §. possunt in hac causa, fol. mibi 728. &
ex Ref. 41. Eymericum in *direct. part. 3. quest. 69.* docent Siman-

ca in *calbol. inquit. tit. 35. num. 17.* Vmbertus Locutus *tit. 35.*
in *praxi Inquis. ver. excommunicati, num. 4.* Repet. *inquis.*
torium Inquis. *ver. testes, ver. est tamen.* Scaccia de *judic. lib. 2. cap. 1.*
&c. *tom. 1. lib. 1. cap. 82. num. 2.* Farinacius de *heret. quest. 188. §. 5. num. 74.* & alij, & pater ex textu in
cap. in fidei favorem de heret. in 6. ibi, *preferim in de-
fictum aliarum probationum, dictio enim illa, preferim*, est
ampliativa, & demonstrat in omni casu ad-
mittendos esse, maxime in illo, hinc asserunt DD.
quos ad satietatem adducit amicus noster doctus An-
gustinus Barbosa in *tract. de dictationibus usufrequentibus, dist. 277. num. 4.* quòd hæc dictio, *preferim*, exprimit
casum minus dubitabilem & implicat, & supponit ma-
gis indubitabilem.

9. Et tandem nota sextò quòd supradicti testes ad-
mittuntur contra reos, quando, ut habetur in *d. cap.*
in fidei favorem est verisimilibus conjecturis, & ex
numero testium, aut personarum, tam deponentium,
quàm eorum contra quos deponitur, qualitate, ac
aliis circumstantiis sic testificantur, ut falsa dicere non
presumantur; & ita etiam observat Delrium in *disquisit.*
Mag. append. 2. lib. 5. quest. 1. Hippolytus de *Macchilis*
conf. 47. n. 13. Menochius de *arbitr. lib. 2. decis. 474. n. 18.*
Mascardus de *probat. lib. 1. concl. 158. num. 3.* & alij,
qui loquuntur de depositione socij criminis.

RESOL. XII.

An confessio extrajudicialis sufficiat, ut Inquisitores pos-
sint torquere reum?

Et an si reus revocavit confessionem extrajudicalem, sit
torquendus?

Et an confessio extrajudicialis ita valeat ad torturam, ut
si reus in tortura idem confiteatur, possit condemnari,
etiam si postea non ratificet confessionem?

Et an confessio extrajudicialis non probetur per testes sin-
gulares?

Et quid in crimine hæresis? Ex part. 4. tract. 6. Resol.
etiam 12.

§. 1. **R**espondeo affirmative cum Pegna in *direct.*
part. 3. comment. 110. lit. M. Simanca in *en-
cheir. tit. 56. num. 14.* Ioseph Aldrete in *disquisit. agenda*
lib. 2. cap. 8. num. 3. Sanchez in *opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 3.*
dub. 15. num. 8. Sylvestro *ver. Indiciū, q. 2.* Anglio
n. 2. Tabiena *num. 1.* Gomez *tom. 3. var. cap. 13. num. 8.*
Petro Binsfeldio in *comment. de malef. & mal. leg. de*
indiciis, §. 9. Miranda in *ordine judic. tom. 2. quest. 26.*
art. 7. conclus. 1. Michaële Zanardo in *direct. Tuolet,*
part. 3. cap. 95. fol. 515. Soula in *aphorism. Inquis. lib. 2.*
cap. 39. num. 91. Ioseph de S. Maria in *Tribun. Relig.*
tract. 5. cap. 2. §. 8. Julio Claro *q. 21. m. 3.* Farinacio *q. 37.*
num. 47. Carerio in *pract. leg. observare, num. 121.*
Hippolyto de Marillili in *pract. §. diligenter, num. 76.*
Rodríguez in *summa, tom. 2. cap. 162. num. 1.* & aliis
penes ipsos, quia non est credendum aliquem sibi fal-
sò crimen imponere.

2. Sed notandum est quòd Follerius in *pract. in 2.*
parte, num. 204. adducit decem & septem requirita,
ut confessio extrajudicialis sit indicium ad torturam;
verum, ut observat Baiardus in *addit. ad Iul. Clar. 21.*
num. 112. & Menochius de *presumption. lib. 1. quest. 89.*
num. 16. & segg. quatuor tantum sunt necessaria. Pri-
mum quòd confessio ista debet esse verisimilis, atque
ita debet habere causam præexistentem, nam si nulla
subesset causa, qua ita factum dici posset, indicium su-
mi non posset. Secundum, quòd hæc confessio facta
mi non posset. Secundum, quòd hæc confessio facta
beat calore iracundiae. Tertium quòd sit confessio spe-
cialis, non autem generalis, & quo loco, & quo tem-
pore fuerit facta. Quartum quòd hæc confessio